timere· vobis a me; An non audisti dicentē
dauid· Dn̄s inluminatio mea· & salus mea· quē
timebo· Dn̄s defensor vitę meę· a quo trepida
bo· Et alibi· Non timebo quid faciat mihi homo;
Et alibi· non timebo quid faciat mihi caro; Ego
ergo lapsū naturę humanę timere potui· quē
homo ipse non timuit· Ds̄ igitur ante carnē·
ds̄ in carne· pfectionē naturę assumpsi humanę·
suscepi sensū hominis· sed non sū sensu carnis
inflatus; Sensu hominis· animā meā dixi esse
turbatā; sensu hominis esuriui; sensu hominis
rogaui· qui rogantes exaudire consueui; sensu
hominis profeci· Sicut scriptū est· Et ihs̄ pficie
bat aetate· & sapientia· & gratia· apud dm̄ &
homines; Quomodo pficiebat sapientia dī; do
ceat te ordo verborū; Profectus aetatis ē· p
fectus sapientię· sed humanę ē; Ideo aetatē
ante pręmisit· ut secundū hominē crederes
dictū; Aetas enī· non diuinitatis· sed corporis ē·
Ergo si pficiebat· aetate hominis pficiebat· sa
pientia hominis; Sapientia autē· sensu pficit;

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. 250 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/fr/csg/0102/250)